Duos vnum secularem. alterum religiosum. qui ficte confessi
sepius communicabat. quorum nequicia in fine non latuit
Nam ambo turpiter confusi alios suos sunt eiecti
no Indubitata est veritas quod fructus huius dignissime
celebracionis communicat non consistit in opere operato
sed in opere operante. scilicet non in mysterii celebracione
aut communicacione. sed in interiori hominis congrua dispo-
sicione. secundum doctrinam Pauli Probet autem se ipsum homo
scilicet interius. Quia igitur non semper est eadem interior hominis
disposicio que requiritur ad dignam suscepcionem. quo
pacto presumunt cottidianus accessus sive sit sive aliter
homo sit dispositus? Cottidie interpellamus illos
laude dignos ad sacram mensam adducendo Zacheum et
centurionem comparando nos eis. Vel adsequentes talem
hoc sacramentum cum Zacheo in amore eum in domum
nostram recipiendo. Vel dicendo cum centurione Domine
non sum inquid dignus ihesu ut intres sub tectum meum
Mathei viij Nulla scriptura autentica novi testamenti.
nulla epistola. nulla statuta sanctorum patrum tantam vim
faciunt ad cottidianam celebracionem sive ad communionem.
~~spirituales~~ sacramentale sed omnes ad spirituales Sed heu
sufi sumus ex nobis de contemptoribus patrum curantes
Amplectitur multi consilium Zachei qui ab amore et vita
eius multum sunt remoti Ille desiit esse publicanus
restituit quadruplum defraudata. Dimidium bonorum
suorum dedit pauperibus Et insequentissimo desiderio
erat videre ihesum ut eius maiorem consequeretur
Da michi talem alterum Zacheum Et ego dabo
consensum eum cottidie semper videre Utinam multi